Voluerint officiose ausscultandam, per ipsos Nobiles Le
sniowskie Coniuges, cessionarios suos, hoc idem Sub
sequens cessum commissorum omnium et singulorum, cum
Universis eorum Utilitatibus et emolumentis, Compe-
tentiaque et Prerogativis quavis tenendi, habendi, ergo possidend
illisque quiete et pacifice utifruendi, ad suosque quosvis
beneplacitos usus fruendi liberoque esse et iura deconvertend
Juris originibus ea omnia latius in se complectentibus
praesentis cessi et transfusi vigore.

Stawski Infidelem Lazur Lewkowic Quietat.

Coram Generoso Alexandro Myslowski in locum infrascripti
Generosi Joannis a Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leo-
poliensis Vicecapitanei loci praesentis Subdelegato, munusque hoc idem
subdelegationis, in se, successores, ac bona sua generaliter omnia
benevole reassumente, Officioque et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premysliensibus personaliter comparens Is Idem
supratus Generosus Joannes a Staw Stawski, Pocillator
Terrae Leopoliensis Vicecapitaneus Castrensis Premysliensis.
sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus,
Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi
Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incor
porando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per
expressum recognovit. Quia ipse Infidelem Lazur
Lewkowic de Villa Myskowice ad Oeconomiam Sam
borensem spectante Arendatorem et ipsius successores

de Causa et Actione indicavanda per se Recognitem eidem Inflicta Iudo ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, Ratione per eum subministrationis Nobilis Alberti Kaminski ad Comburendum Braxatorium, sui Recognitis bonum in Villa Kowyrnie sit instituta et intentata. Necnon a quibusvis Decretis ea in Causa prolatis, totoq et integro processu Iudiciario eo nomine perducto ob sufficientem et plenariam sibi Recognti per eos factam satisfactionem, Quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum perpetuo pronunciat, Causam eandem actionis inductam, Decreta quaevis, totumq processum iudiciarium eo nomine obtentum cassat, mortificat, et annihilat praesens, sibi et suis prosequendis rone commissionis omnis perpetuum imponendo silentium.

Dembickie Coniuges, Zurowskiemu Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensis Gnosi Iacobus Dembicki, et Theophila de Konarzy Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis gentis omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim [illegible] interesse recognovit. Quia ipsi, et quidem Consors, cum eius viri mariti sui Vti Tutoris coniugalis personali assistentia atq obtenentis